

# De disciplina & perfectione

deditos pro adipiscendis dignitatibus, pro acquirendis diutinis, pro secessandis voluptatibus videamus die nocteque sibi fascibus laborum desudare, pericula cōtemnere, corporis quietem nihil pendere, pacem cōmentis amittere, ipsa inquit mortem ultimum terribilium non formidare. Si tantum potest hic amor in cordibus peccatorum, quantum valebit in cordibus iustorum, qui pro celorum gloria, pro paradiisi gaudis, pro perenni felicitate decertare noscuntur? Nam etiam si causa suppetat, debent Christi servi spontanea voluntate se morti tradere. Semper autem pro sui regis honore se ipsos contrahit crucifigere. Hoc ante nos deiderit accensum, sunt multi pueri, pueræ, viri, senes, decrepiti, & cuiuscunq; atatis, vel discretionis, quorum quidam valitatem erem, cauernas petrarum, concava montium, inuia solitudinum, & deserta solis fylseltribus habitabili aferis, penetrare auli sunt, ut iucundius Deo vacarent, & in diuinis laudi bus sine strepitu se indeclinenter occuparent. Aliqui autem corpus attenuantes ieunii, vigilis edomantes, lacrymarum imbris madefacientes, vt carnem spiritui subigerent, penitentia crucem pro rege suo Christi bauulare toto vita sua tempore non trepidarent. Nonnulli etiam hoc ebris amore atrocis pœnas flammari, lam padum, carcere, scorponum, equuleorum, peregrinationum, & opprobiorum perpeti non formidauerit, vt immortali Deo gratissimum fieret holocaustum. Tantorum enim ducum exempla in cordibus Deo seruentibus globum ignis, & incendum sancti amoris excitare debent. Mortales namque erant sicut ij, fragilitate carnis amicti, & tamen spe cœlestis premij animati, caritate Dei adulti, & patiendo desiderio inflammati nullis cœlesti periculis, vt regni participes, & regis amicitia digni haberentur. Quis enim huius sancti desiderij valet profectus explicare? Animo quippe vires subministrat, & pœna exhibet leuorem, perseverantiam præbat, sanctitatem adducit, coquat martyribus, & cœlesti patria dignum sum effici posse ipsum. Opera namque eo sunt superno iudici gratiora, quo ardenter fuerint facta caritate. Non qui plus operatur, sed qui plus diligit, magis commendatur a Christo. Amor enim desideris nutritur, desideria autem ab amore tanquam calor ab igne prodeunt. Quare absque magna remunerationis mercede esse non poterit, quisquis ardore patiendo accusus extiterit. Parum quippe operatur, quam multa agat, qui non amplius agit affectu, quæ actus. Non meruit secreta scire cœleffia Propheta Daniel, quia ieunavit, sed quia concipiuit, dicente angelo, Ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir desiderior es. Et quis potest verbis propalare sanctorum desideria? Soli experti nortunt amantum affectus, quam sepe desiderio patiuntur, dilaniatur, vruntur, occumbunt. Quod si licet, non segnus sustinerent actu, quam desideriis cœcupiscant. Immensa est amoris vis, & nullo abbreviata fine, quæ sicut nutritur de se, ita dilatarunt in se, non alieno indiget administrculo, sibi pœnū sufficit, quæ virtutem suam exercere valet. Omnia enim trahit ad se, cum est in meridie. Exultet humiliter gratias agendo, qui hoc vñq; peruenit. Introductus namque in cellam vinariam arcana audiet, quæ non licet homini loqui. Vult nempe sponsus dona sua silentio tegi. Ideo fas non est propalare verbis, quæ sponsus mandat esse secreta. Hoc patiendo desi-

derium iis prorsus cogruit, qui virtutum zelo accensis sunt. Nam ascensus ad virtutes difficilis est, & multis inaccessibilis. Vnde nisi Christi miles toto se conamine exerceatur, ad virtutum perfectionem attinere non merebitur. Quadam enim ipsarum natura, quādā confuetudini oppugnare noscuntur. Vtrarūq; laboriola est pugna. Nemo nisi qui magnanimitate præditus fuerit, ac amore ignitus aduersa tolerandi, contra naturam suam, & inolitos mores audebit habere congladium. Qui vero ratus est, ardua aggredi non timet, alpēs sustinere non veretur, non minis, non plagis, non opprobriis, nō tentationibus cedit. Amore quippe vulneratus nequit à cœpto proposito declinare, quæ retro sunt obscuris, in anteriora se infatigabiliter extendit. Trahit enim ratione, trahitur dono, trahitur visione, trahitur caritate. Et quoniam proficiendi desiderio nunquam definit spirituallia superaddere fomenta, facile peruenit quod cupit, quanto amplius progreditur, magis habilitatur itineri, & viam reperit planiorē. Vires restaurat, quum decertat, & eo fit robustior, quo plus exercetur. Quid multa? Quicunq; huiusmodi desiderij igne fuerit perfecte comprehensus, & suauitate illeceps, insuperabilis est, & corona propinquo. Talis veraciter cum Apostolo dicit, Quis me separabit a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an nuditas, an famæ, an persecutio? Certus enim sum, quia neque mors, neque vita, separabit me a caritate Christi. Secure igitur pergit ad pugnam, qui huius sancti deideri primis habere iam meruit. Non tamen hoc solo contentus sit, sed hunc adlat propolitum perfeuerādi in eadem, qua positus est vocatione. Facile enim ruit, qui hoc perfeuerantia deiderio non fuerit preminutus. Non loca mutet, non institutiones variet, qui vult Deo placere. Vbiique namque potest esse perfectus, quicunque in acquirendis virtutibus, & multiplicandis charismatibus exitenter studiosus. Non extra se, sed in se vigilet, & in corde disponat ascensus in valle lacrymarum, quisquis satagit esse perfectus.

Non sibi credat, necesse proprio committat arbitrio, sed sub præceptoris se cœrcat disciplina, ne inimicorum insidiis capiatur. Innumeris quippe fuere, qui ad aduersariis prostrerat gratiam Domini perdiderunt, præsumperunt proprij iudicio, & non seniorum consilio conseruum præberent. Ardua namque quæ sit via Dei, & insidioribus plena, necesse est, vt in illa deficiat, quicunque inexpertus & absque duce ipsam peragrare voluerit.

*Quod in congregacionibus Deo dicatis, & uniformiter viventibus, perspicue eluceat status cœlesti patriæ, & qualiter sub obedientia se exercere debeat, quisquis in ipsis congregacionibus laudabiliter Christi militare voluerit.*

C A P . V I .

**I**n humanis rebus, & in hac peregrinatione nihil tam efficaciter gerit in se imaginem cœlestis patriæ, quam monastica conuersatio & congregatio diuino cultu dedicata. Supernis namque ciuibus vna est mansio, vna gloria, communis latititia, concors voluntas, mutua dilectio, & sempiterna securitas. Aequo in congregationibus uniformiter degentibus reperitur. Vna quippe est omnium habitatio indistincta, & cunctis ad vñsum æquilater concepta. Communis namque ipsorum est gratia. Sibi enim inuicem spiritua